CARTA

DE NUESTRO SSmo. PADRE

PIO VII

A

TODO EL PUEBLO CHRISTIANO.



CON LICENCIA EN MÁLAGA
Por Francisco Martinez de Aguilar.

PIUS VINCTUS CHRISTI

UNIVERSO POPULO CHRISTIANO

SALUTEM.

Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu-Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni præsura sunt, per exhortationem, qua exhortamur, et ipsi à Deo. Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quoniam suprà modum gravati sumus suprà virtutem ita ut tedèret nos etiam vivere, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui de tantis periculis nos eripuit, et eruit, in quem speramus, quoniam et adhùc eripiet, adjuvantibus et vobis in oratio-

ne pro nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; dejicimur, sed non perimus. Pro Christo enim legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Rogamus ergo vos, fratres, ut nos citò moveamini à vestro sensu, nequè terreamini, dùm revelatur homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omne id quod dicitur Deus, ostendens se tanquàm sit Deus, in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt, cujus est adventus secundùm operationem Satanæ in signis, et prodigiis mendacibus. Dominus Jesus interficiet eum spiritu oris sui, dùm proptèr ipsum surgit gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Venerunt gentes in hæreditatem Domini, et polluerunt templum sanctum suum. Roma Princeps Provinciarum facta est quasi vidua sub tributo, et plorans plorat in nocte, quia vidit gentes ingresas sanctuarium suum, de

quibus præceperat nè intrarent in Ecclesiam suam: lachrymæ ejus in maxillis ejus proptèr abominationem desolationis. Canite ergo tuba in Sion, ululate Pastores, plangite senes, Sacerdotes et Ministri Dei videntes quanta malignatus est inimicus in Sancto. Accipiamus omnes armaturam justitiæ, præliemur prælia Domini adversus Saul Galliarum Imperatorem, et Longobardorum Regem. Oleo sancto unximus eum et nequè hunc elegit Dominus.

Per Napoleonem Gallia facta est habitatio dœmoniorum, et custodia omnis spiritus inmundi, quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes, et Reges terræ cum illa fornicati sunt. Exite de illa, populus meus, ut ne participes sitis delictorum ejus, et de plagis ejus non accipiatis, quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad Cœlum, et recordatus est Dominus iniquitatum ejus. Francorum Imperator est illa bestia similis pardo, habens super caput ejus nomina

blasfemiæ, pedes ejus sicut pedes ursi, et os ejus sicut os leonis. Draco abyssi dedit illi potestatem magnam, et bellum facere cum Sanctis, et vincere eos, et data est illi potestas in omnem tribum, linguam, populum, et gentem. Ecce apertus est puteus abyssi, et exierunt locustæ in terram, et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium, et super capita earum tanquam coronæ similes auro, et facies earum tanquam facies hominum; et habebant loricas sicut loricas ferreas, et habent caudas similes scorpionibus. Dux earum est inimicus homo, qui constituens prælia multa, pertransiit usque ad fines terræ, et congregans exercitum fortem nimis obtinuit regiones gentium et facti sunt illi in tributum.

Ille est, qui similis Antiocho in Jerusalem, venit ad domum Jacob, quæ est Hispania, urbs fortitudinis nostræ; et locutus est ad Hispanos verba pacifica, et crediderunt ei. Et irruit super regnum repentè, et per-

cusit eum plaga magna, et perdidit populum multum. Et accepit spolia Civitatum, et succendit eas igne, et destruxit domos ejus, captivos ducens Regem, et Principes. Matritum factum est illis in arcem, et possuerunt illùc gentem peccatricem, viros iniquos, et convaluerunt in ea, et fugerunt habitatores propter eos, et nati ejus reliquerunt eam. Dies festi ejus conversi sunt in luctum, sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum. ¡Vè mihi! ¿Ut quid natus sum videre contritionem populi mei? Sancta in manu extraneorum facta sunt, templum ejus sicut homo ignobilis; vasa gloriæ ejus captiva abducta sunt: trucidati sunt senes ejus in plateis, et juvenes ejus ceciderunt in gladio inimicorum. Quæ erat libera facta est ancilla. ¿Quid ergo dicemus ad hæc? Exeamus extra castra, improperium nostrum portantes.

Justum est bellum. ¿Quid culpatur in bello (dicam cum Augustino libro 2 cont. Faustum)? Nocendi cupidi-

tas, ulciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas bellandi, libido dominandi, et similia. Absint ergo talia a nobis. Pugnemus pro lege, pugnemus pro Rege; pugnemus pro patria, terrorem portantes usquè in Lutetiam Parisiorum. Ulciscamur injurias illatas Hispaniæ, et Principibus ejus per execrabilem Napoleonem, et detestabilem Emmanuel Godoy, sicubi bellarunt omnes tribus contra tribum Benjamin renuentem plectere Gabaonitas oppresores uxoris Levitæ. Sumamus arma ad recuperanda jura debita Regi, et regno, quemadmodùm fecerunt Judæi ad recuperandam terram promissionis. Vindicemus offensiones factas ab Imperatore Gallo legatis, et proceribus Hispanis; imitantes David contra Amonitas, missos suos injuriosè excipientes. Reprimamus gladio seditionem, ut legimus factum Absalonis tempore.

Jus naturæ et gentium, jus divinum vetus, et novum ita exigunt. Deuteronomium vocatur liber bellorum

Domini: et in Evangelio Sanctus Joannes Baptísta leges præbet militibus. Divus Paulus, ob religionem insidiatus à judæis, opem Tribuni implorat, quem Tribunum ipsemet Apostolus laudat, eò quòd militari præsidio ipsum munierit. Hinc, Augustinus proditæ Ecclesiæ incusat Episcopos illos, qui Doctorem gentium non imitantes, opem Magistratuum, ob religionem invocare neglexerint. Sic scriptura laudantur Machabæi, quod religionis causa contra Antiochum se defenderint. In Historia laudatur Constantinus Magnus, quod armata manu Licinium represserit: laudantur Armenii, quod sumptis armis Maximiani furorem fregerint Christianos persequentis. Ipse Deus adjuvat sæpè justè bellantes; sic auxilio fuit Constantino bellum gerenti: Theodosio seniori adjutores missit Sanctos Joannem, et Philippum: Theodosio juniori angelos: per miracula adjuvit Clodoveum Regem, et Honorium Imperatorem. Nota est omnibus legio illa fulminatrix, sub

Marco Aurelio pluvia divinitùs impetrata, celebris.

SS. PP. Augustinus, Ambrosius, Chrisostomus, et Gregorius probant necessitatem belli justi contra Hæreticos, Anabaptistas, Manicheos, Erasmum et Cornelium talia prælia damnantes. Summi Pontifices prædecessores nostri, Urbanus II, Paschalis II, Eugenius III bellum contra Religionis inimicos laudant. Generalia Concilia, Lateranense, Vienense et Lugdunense favent; Sanctus Bernardus, et alii prædicant. Pugnemus ergo. Causæ justæ sunt. Licitum est propter illas Catholico Principi mirè fœderare cum infidelibus, seu Ecclesiæ hostibus; ut legimus in testamento veteri fœdus factum ab Abraham cum Anner, et Echol gentilibus, et inter Salomonem, et Hiram Ethnicum Regem.

Irascimini itaque dilectisimi filii, et nollite peccare. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum à facie ejus. Liberentur dilecti tanquàm à facie arcus

à turba malignantium, qui veniunt in curribus, et in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri, qui arcum conteret, et confringet arma, et scuta comburet igne. Ipse ponet scabellum pedum suorum hanc progeniem viperarun, ubiquè turbantem Ecclesiam, sicuti Arriani in Oriente, Macedoniani in Grecia, Donastitæ in Africa, Iconomachi in Imperio Romano, et Anabaptistæ in Germania. Accingimini quæso, filii mei, et stote parati ut pugnemus adversùs nationes has, quæ convenerunt adversùm nos. Meliùs est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ. Facilè est concludi multos in manus paucorum, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed fortitudo de Cœlo est.

Oremus omnes ad Dominun, qui juxtà est omnibus his, qui tribulato sunt corde, et dicamus cum Juda Machabeo: Benedictus es Salvator Israel, qui contrivisti impetum potentis:::: conclude exercitum istum in manu

populi tui:::::: da illi fortitudinem, et tabefac audatiam virtutis eorum::::: dejice illos gladio diligentium te, et collaudent te omnes, qui noverunt nomen tuum in himnis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die septimo Junii, Pontificatus nostri anno nono.

PIO VII

PRESO POR JESU-CHRISTO

Á

TODO EL PUEBLO CHRISTIANO

SALUD.

Bendito sea Dios, Padre de nuestro Señor Jesu-Christo, Padre de las misericordias, y Dios de toda consolacion, que nos consuela en todas nuestras tribulaciones para que podamos consolar igualmente á aquellos que se hallan angustiados, por medio de una exhortacion, la misma que recibimos de Dios. No queremos, hermanos mios, que ignoreis nues-

tra tribulacion, por que estamos tan agoviados sobre nuestras fuerzas, que nos parecería pesada la vida, si desconfiando de nosotros, no pusiesemos nuestra confianza en Dios, que nos ha librado y libra de tantos peligros, y esperamos que nos librará todavía, si nos ayudais con vuestras oraciones. En todas las cosas padecemos tribulacion, pero no nos angustiamos: somos despreciados, pero no perecemos. Como Legado de Christo, os hablamos en nombre de Dios. Mirad á los perros, mirad á los malos operarios, mirad el destrozo que causan. Os rogamos, hermanos mios, que no os aparteis con veleidad de vuestra creencia, ni os lleneis de terror al manifestarse aquel hombre de pecado, hijo de perdicion, que se opone y pretende elevarse sobre todo lo que se llama Dios, ostentándose á fuerza de seducciones de maldad, como una nueva Divinidad á la vista de los malos, señalando su venida por medio de la opera-

cion de Satanás con señales y prodigios mentirosos. Nuestro Señor Jesu-Christo le herirá con la fuerza de su palabra, mientras que por él se levanta la gente contra gente, y el reyno contra el reyno. Vienen los malos á la herencia del Señor, y manchan su santo Templo. Roma, cabeza de las provincias católicas, se halla como viuda tributaria, y pasa las noches en el llanto, porque vé dentro del Santuario aquellas gentes, á quienes se habia mandado que no entrasen en su Iglesia: sus lágrimas, corren por sus mexillas por tan abominable desolacion. Suene, pues, en Sion la trompeta: levantad la voz, Pastores: llorad, ancianos, Sacerdotes y Ministros de Dios, viendo quantos males ha hecho el enemigo en el Santuario. Armémonos todos de justicia, peleémos en las batallas del Señor contra el Saúl Emperador de Francia y Rey de Italia. Nos le ungimos con el Oleo santo, pero su eleccion no era de Dios.

PorNapoleon se ha hecho la Francia la habitacion de los demonios, y la madriguera de todo espíritu inmundo; porque todas las gentes bebieron del vino de la ira de su fornicacion, y los Reyes de la tierra siguieron el mismo exemplo. Pueblo mio, salid pronto de la Francia, para que no participeis de sus delitos, ni de sus calamidades, por que sus pecados llegaron hasta el Cielo, y el Señor se acordó de sus maldades. El Emperador de los franceses está figurado en aquella bestia semejante al Pardo, llevando sobre su cabeza nombres de blasfemia, sus pies son como los del Oso, y su boca como la del Leon. El Dragon del abismo le dió el grande poder de guerrear contra los Santos, y vencerlos, y á estos se les ha dado potestad sobre toda Tribu, lengua, pueblo y gente. El pozo del abismo se ha abierto, y han salido langostas á la tierra, y eran semejante á los caballos preparados á la pelea,

llevando sobre sus cabezas á manera de coronas semejantes al oro, y sus caras eran parecidas á las de los hombres, y llevaban lorigas como lorigas de hierro, y tenian colas semejantes á los escorpiones. Su xefe es aquel hombre enemigo, que moviendo muchas guerras, pasó hasta las extremidades de la tierra; y juntando un exército muy poderoso, tomó algunas Provincias, é hizo tributarias y confederadas á sus gentes.

Napoleon es el que, semejante á Antioco en Jerusalén, vino á la casa de Jacob, que es la España, ciudad de nuestra fortaleza y defensa; y habló á los españoles palabras de paz y de alianza, y le creyeron. Y de repente se dexó caer sobre el reyno, le hirió con una grande plaga, y mató infinidad de gentes. Y recibió los despojos de las ciudades, y las incendió: destruyó sus casas, llevándose dolosamente cautivos al Rey y á los Principes. Madrid le sirvió de baluarte, y pusieron allí gente peca-

dora, hombres iniqüos, que se hicieron fuertes en la Corte, por lo que se huyeron sus habitantes, y la desampararon sus hijos. Sus festividades se han convertido en luto, sus sábados en oprobrio, y sus honores en nada. ¡Ay de mi! ¿he nacido acaso para ver la destruccion de mi pueblo? Las cosas santas puestas en manos de los extraños: su templo como un hombre sin nobleza: los vasos de su gloria se los han llevado cautivos: sus ancianos han sido degollados en las plazas, y sus jóvenes cayeron al filo de la espada de sus enemigos: la que era libre, queda hecha esclava. Y ¿ que dirémos á todo esto? Salgamos hasta mas allá de los reales, llevando con nosotros nuestro improperio.

La guerra, hijos mios, es justa. Peleémos. ¿Qué hay regularmente de culpable en la guerra, preguntaré con S. Agustin en el libro 2.º contra Faustino? El deseo de dañar, la crueldad de vengarse, un ánimo agitado im placable, la fiereza en el pelear,

la codicia de dominar y otras cosas semejantes. Lejos todo esto de nosotros. Peleémos por la Ley, peleémos por el Rey, peleémos por la Patria, llevando el terror hasta Paris. Venguemos las injurias hechas á la España y á sus Príncipes por el exêcrable Napoleon y el detestable Manuel Godoy, así como hicieron la guerra todas las Tribus á la Tribu de Benjamin, porque no quería castigar á los Gabaonitas, opresores de la muger del Levita. Tomémos las armas para recuperar los derechos debidos al Rey y al reyno, como lo hicieron los judios para recuperar la tierra de promision. Tomémos venganza de las ofensas hechas por el Emperador Frances á los Embaxadores y Grandes de España, imitando la conducta de David contra los Amonitas, que recibieron injuriosamente á sus embiados. Reprimamos la sedicion con la espada, como leemos que se hizo en el tiempo de Absalón.

Así lo exîgen el derecho de la na-

ural eza y el de gentes, el derecho Divino antiguo y nuevo. El Deuteronomio se llama el libro de las batallas del Señor: y en el Evangelio leemos, que S. Juan Bautista dá leyes á los Soldados. S. Pablo, amenazado de los judios por motivo de la Religion, imploró la proteccion del Tribuno, á quien alaba el mismo Apostol, porque le aseguró con un auxîlio militar. De aquí toma motivo San Agustin para acusar de traidores á la Iglesia á aquellos Obispos, que no imitando á San Pablo, no acuden al Magistrado, pidiéndolo la defensa de la Religion. Así en la Escritura se alaban los Macabeos, porque se defendieron contra Antioco por motivo de Religion. En la historia se alaba al Grande Constantino, porque con mano armada derrotó á Lisinio: se alaba á los de Armenia, por que tomando las armas destrozaron todo el furor del perseguidor de los Cristianos, Maxîmiano. El mismo Dios ayuda muchas veces á los que pelean

con justicia: así leemos, que auxílió á Constantino Magno en la batalla: á Teodosio el antiguo destinó por auxîliadores á S. Juan y á S. Felipe: al jóven Teodosio le envió unos Angeles; y favoreció con milagros al Rey Clodoveo y al Emperador Honorio. Y ¿quien ignora el prodigio de la Legion fulminante, célebre en tiempo de Marco Aurelio por la lluvia milagrosa que alcanzó del Cielo?

Los Santos Padres, S. Agustin, S. Ambrosio, el Crisóstomo y S. Gregorio prueban la necesidad de la guerra justa contra los Hereges Anabaptistas, Maniqueos, Erasmo, y Cornelio, que la condenaban abiertamente. Los Sumos Pontífices predecesores nuestros Urbano II, Pasqual II, Eugenio III alaban la guerra contra los enemigos de la Religion. Los Concilios Generales Lateranense, Vienense y Lugdunense la favorecen. San Bernardo y otros la predican. Peleémos pues. Las causas son justas. Por ellas es lícito á un Príncipe Católi-

co aliarse con los infieles ó enemigos de la Iglesia, como vemos en el antiguo Testamento la alianza que hizo Abraham con Anner y Echól, gentiles, y la que hubo entre Salomon é Hiran Rey etnico.

Llenaos, pues, hijos mios, de una santa ira, y no querais pecar. Levántese Dios, y disípense sus enemigos, y huyan de su presencia aquellos que le aborrecieron. Líbrense sus escogidos del peligro, y de la turba de los malignantes, que nos salen al encuentro con sus carros y caballos, mientras que nosotros caminamos en el nombre del Señor, que quebrantará el arco, despedazará las armas, y quemará los escudos. Este Señor pondrá por escabel de sus pies á esta raza de vivoreznos, que turban el reposo de su Iglesia en todas partes, como la turbaron los Arrianos en el Oriente, los Macedonianos en la Grecia, los Donatistas en Africa, los Iconomacos en el Imperio Romano, y los Anabaptistas en la Germania. Prepa-

raos pues, hijos mios, ceñios de fortaleza, y peleémos contra estas naciones, que se juntaron contra nosotros. Mas vale morir en la guerra, que ver los males de nuestra gente. Facil es que perezcan muchos á manos de los pocos, porque la victoria de la guerra no consiste en la multitud del exército, sino que su fortaleza viene del Cielo.

Roguemos todos á aquel Señor que se halla cerca de los atribulados de corazon, y dirijamosle las palabras de Judas Macabéo: Bendito eres, ¡ó Salvador de Israel! que destrozaste el ímpetu del poderoso :::: acaba este exército, y ponlo en las manos de tu pueblo :::: llénale de terror, y reprime la audacia de su fortaleza :::: arrójalos con la espada de los que te aman, para que te alaben con himnos todos los que conocieron tu nombre. Dado en S. Pedro de Roma, baxo el anillo del Pescador, á 7 de Junio de 1808, y el noveno de nuestro Pontificado. *No consta de oficio, ni se ha presentado la original.*